

~~Nf. 20.~~

34
35

CHRISTIANI LUDOVICI
SCHLICHTER,
PROFESSORIS REGII ORDINARIJ,
ECLOGA HISTORICA,
QVA
FABULA PONTIFICIA
DE
LUCA PICTORE
EXPLODITUR.

ACCEDIT
OBSERVATIO
AD LOCUM LUC. II. 14.



HALAE MAGDEBURGICAE,
EX OFFICINA HENDELIANA, 1734.

V I R O
ILLUSTRI ATQUE EXCEL-
LENTISSIMO
D. JOH. CHRISTOPHORO
LAURENTIO,
JCTO CELEBERRIMO,
SERENISSIMI PRINCIPIS ANHALTINO-CO-
THONIENSIS
CANCELLARIÆ DIRECTORI
SPLENDIDISSIMO,

SOCERO SUO ÆTERNUM VENERANDO,

ECLOGAM HANC HISTORICAM

EA,

QUA PAR EST, OBSERVANTIA;

PRÆMISSO OMNIGENÆ FELICITATIS VOTO,

INEUNTE NOVO ANNO,

OFFERT DEDICATQUE

CHRISTIANUS LUDOVICUS SCHLICHTER.



I. N. J. C.

PRÆFATIO.



Lucam Evangelistam, dilectum Pauli Apostoli *συνεργον*, artis pictoriæ non expertem fuisse, sed egregia in JESU CHRISTO, B. *Virginis*, ac quibusdam Apostolis pingendis reliquisse specimina, traditio est satis antiqua, & ex qua Doctores Pontificii iconolatriam suam urgere conantur. Interim de numero harum imaginum non conveniunt, quibusdam plures, aliis pauciores enumerantibus. Sic v. g. quatuor D. *Mariæ* eum Romæ depinxisse in illo loco, ubi nunc templum est B. *Virginis*, quæ dicitur *inviolata*, tradunt, teste CALVINO in admon. de reliq. p. 282. Inscriptio quædam antiqua, quæ Romæ adhuc legitur, & quam JOH. LORINUS se vidisse testatur, septem imagines, & illas inter B. *Virginis* unam, ei tribuit. Eandem ex auctoribus *Romæ Subterranea*, una cum testimonio LORINI ex ipsius commentario ad *Acta Apostolorum* repetit JO. ANDR. SCHMIDIUS, Vir Clarissimus, in *quinta prolesione Mariana*, in qua de imaginibus *Mariæ* a Luca Evangelista pictis & *αχειροποιητοις*,

id est, *non manufactis*, uberius agitur. Plures *S. Virginis* imagines, vel ab ipso *D. Luca*, vel earum ad formam saltem effictas, hodieum superesse, *CÆSAR BAKONIUS*, cœterique aulæ Romanæ Gnathones, persuadere nobis multum laborant, imo monasteria quam plurima hoc *Κειμήλιω* insigni superbire, neminem latet. Conferri omnino velim *HENRICI SCHERERI* Jesuitæ *geographiam Marianam*, quæ præcipuas per totum terrarum orbem imagines & statuas *B. Virginis* beneficiis inclytas exhibet. * Testes vero, ad quos homines Pontificii pro hac traditione provocare solent, varii sunt, iique vel prorsus spurii, vel valde interpolati, exiguæ auctoritatis, & qui ætatem Ecclesiæ primævæ minime attingunt. Hos imprudenter sequuntur Doctores recentiores fere omnes, cœci imaginum *S. parastatæ*, ** qui præterea ex martyrologio Romano, & auctore libri germanici, quem *Hodogeram* inscribunt, tradere non erubescunt, brachium *S. Luca*, quo Historiam evangelicam consignaverit, variasque Sanctorum picturas ex-

* Hæc geographia Mariana est compendium Atlantis *Mariani*, a Jesuita *Guil. GUMPPENBERGIO Monachii 1672. 4. tom. f. editi*, & constituit partem tertiam Atlantis novi, sive Geographiæ universæ, quæ *Augustæ Vindelic. 1710. 4. prodiit.* conf. III. Theologus Tubingensis, *Chr. Matth. PFAFFIUS* in introduct. ad *Historiam Theologiæ literariam* Part. III. p. 14.

** Quos ab aliis toties adductos non repetam. Addo solum *Andr. SCHOTTUM*, Societatis Jesu Presbyterum, (quem cæteroquin Viri celeberrimi multis mactant elogiis apud *CRENIUM* in præfatione fascis III. p. 31. seq.) in *adag. S. N. T. Antverpiæ 1629 editis*, & a *Cl. CRENIO* reculsis, ad *Luc. I. 3.* Cum Pontificiis quoque *Lucam* pictorem faciunt *Moscovita*, eumque pinxisse affirmant imaginem *B. Virginis*, quæ integra Christianitas in *Moscovia* conservetur, docente *Joh. Ern. GERHARDO* in dissert. de relig. *Moscovitarum* p. 43.

prefferit, Romæ in templo *majoris Mariae*, quam vocant, adhuc reperiri, ut observat Cl. REISKIUS de *z. magg.* J. C. cap. II. § 1. Sunt etiam, qui autoritate *Eusebiana* fabulam hanc tueri audent, quamvis pessime. Hic enim Episcopus *Cæsariensis* imagines Christi & Apostolorum a se visas esse, quidem scribit in *Hist. Eccl.* lib. VII. c. XVIII, eas autem a D. *Luca* formatas fuisse, nullibi dicit, sed potius earum originem ex consuetudine quadam gentili diserte derivat, sicut etiam Patres alii, qui jam ante ipsum vixerunt, illas non *Lucae*, vel cæteris Apostolis, sed pessimis *Gnosticorum*, *Carpocratianorum*, *** aliorumque ejusdem furfuris hæreticorum imposturis vindicare constanter consueverunt. Reliquis autem Scriptoribus quænam fides habenda sit, infra uberius docebitur. Cæterum omnem hujus materiæ prolixitatem evitabo, ne cramben toties recoctam apponere cogar. Ea enim modo observare, novisque animadversionibus illustrare lubet, quæ aliis vel prorsus neglecta sunt, vel non satis distincte explicata. Spicilegium post messem dabo! †

*** Marcellinam, scortum Carpocratis, imagines Jesu, & Pauli, & aliorum habuisse, AUGUSTINUS in libro de *hæres.* cap. VII. testatur, & conf. *Tobia EKHARDI testimonia Non- Christianorum de Christo.* p. 113.

† Qui fabulosam hanc traditionem ex professo examinaverit, novi neminem. Interim data occasione id fecerunt REISKIUS, & reliqui, quos WOLFFIUS in *curis crit.* ad Luc. I. n. diligenter recensuit. Nec omitti velim *Jo. Andr. SCHMIDIUM*, quem supra laudavi.

CAPUT I.

*Exhibens argumenta, quæ traditionem hanc
fabulosam esse, probant.*

§. I.

PUtidam esse fabulam, vel solum codicis S. silentium confirmat. Ecquis enim cogitet, neque in actibus Apostolicis, neque in epistolis omnium Apostolorum superstitibus ullum hujus rei superesse vestigium? Immo quamvis D. *Lucas* ob rationes nobis incognitas nullam illarum imaginum mentionem injecisset, id sine dubio non omisisset D. *Paulus*, qui *Lucam medicum* fuisse Colof. IV. 14. nos docuit, * neque siluissent Petrus ac Apostoli Cæteri, quorum ex scriptis multa didicimus, ab aliis Scriptoribus S. suo loco omissa. **

§. II. Viris *Deorum* subjungimus alios auctoritatis in Ecclesia Christiana non infimæ, *Patres* nimirum antiquissimos, qui per sex priora post N. C. secula vixerunt. Quid? quod, nullum testem authenticum per IX secula ad-

duci

* ITTIGIUS quidem *Lucam* nec *pictorem*, nec *medicum* fuisse, censet; sed posterius ex loco *Paulino* tuentur Doctores satis multi, repugnantibus tamen aliis. Vide sis, quos excitant REISKIUS cap. II. §. 3. WOLFFIUS ad Colof. III. 14. & SANTOROCUS ad *Act. Apost.* p. 14. in notis. Addi meretur *Jo. Abrab. KOEHLER* in dissert. de *Luca Evang.* Lips. 1698.

** multa videlicet observata & notata dignissima contigerunt, a Scriptoribus S. silentio involuta, iis maxime locis, ubi commemorari debuerint, quæ contigisse revera aliunde vel cognoscimus obiter memorata, vel per conjecturas discimus. Exempli non pauca, eaque satis illustria, collegit B. HEYDENUS noster in disput. de *resuscitatione Moysi*. §. 34. Eandem regulam inculcat V. Cl. *Corn. a VELSEN*, Theologus *Groninganus*, in *speculo salutis Salomonis*. p. 8. Groningæ. 1710.

duci posse, utut nonnulli post annos 800 in certamine imaginario primam laudem aucupati, quæcunque obtentu veritatis alicujus proponi poterant, sollicitè passim compilaverint, Cl. REISKIUS affirmare non veretur. Quam feliciter autem ex silentio hoc universali argumentari liceat, quisquis facile perspicit. Nec immerito ex solius Hieronymi silentio traditio illa pro inani fabula haberi potest, quod jam dudum animadvertit *Wilhelmus Ernestus TENZELIUS*, Vir in Historia Ecclesiastica longe versatissimus: *Silentium Hieronymi de Luca Pictore satis redarguit fabulas recentiorum Græcorum & Latinorum de imaginibus Christi Mariaeque a Luca depictis, in florum sparsione ad S. Hieronymi librum de Scriptoribus Ecclesiasticis ad cap. VII. p. m. 45.* Silent denique, qui pro causâ imaginum acriter steterunt, *Patres concilii Nicæni II, A. C. DCCLXXXVII die XXIV Septbr. habiti*, in quo, quid pro cultu imaginum actum sit, neminem fugit; nec non *Doctores Synodi Trullana*, secundum quosdam anno 692, secundum alios A. 707. celebratæ, qui tamen a praxi veteris Ecclesiæ recedentes canone LXXXII humanas Christi imagines defendere conati sunt. *** *Hæ autem Patres*, utor verbis *Jo. Andr. SCHMIDII*, qui ad imaginum causam tuendam & commendandam omnem lapidem moverunt, undique conquestis, multisque fabulis intermixtis, quæ ali-quod momentum habere existimarent, totum id de Luca Pictore, & de imaginibus, illius manu & penicillo adumbratis, omiserunt, licet occasio illis fuerit data a Patribus Cpolitianis: quod certe non fecissent, si vel antea, vel eodem tempore hæc traditio innotuisset. Post illud ævum, quamvis opinio de imaginum cultu apud Græcos maxime invaluerit, nihilominus Scrip-tores eorum supra citati, quando imaginem istam describunt, in exprimendo autore ad τὸ ajunt & referunt provocare solent.

§. III.

*** Lege sis, quæ de hoc canone differit celeb. *Jo. Philip. HEINIUS* in disert. inaugurali de *Ævo Christi Imagin.* p. 27. sq.

§. III. Novum plane argumentum quæstio, quam urbem Lucas patriam agnoverit, nobis suppeditat. Genere Romano eum fuisse, quidam ex ejus nomine colligunt; *Lucas* enim non est hebraicum, ut quidam volunt, sed latinum, ex nomine *Lucius* vel *Lucilius* contractum, ut a Ruffo *Pouphus*, uti DRUSIUS, GROTIUS & FLORINUS, a Cl. SANTOROCCO p. 13. in notis laudati, recte observant. Alii *Syrum* faciunt; sed *Antiochenum* fuisse, constans est veterum opinio. Id quoque tradunt EUSEBIUS Hist. Eccl. lib. III. cap. IV. & *Dorotheus Martyr*, Tyri Episcopus, in Historia vitæ, quam *Robertus STEPHANUS* in præfatione *Lucæ* exhibet, & ex qua quædam repetit *Jo. Henr. HEIDEGGERUS*, Vir Cl. in *encheiridio biblico* lib. III. cap. IV. §. 2. Quamvis vero pro cive Antiocheno habeatur, an natiuitate fuerit judæus, an profelytus Ecclesiæ judaicæ, & ex eo demum Christianus factus, nondum tamen liquet. *Moses Bar Cephas*, apud CASTELLUM citatus, ex stemmate Israëlítico ortum ejus ducit. Neque conjectura hæc ex nomine, quod origine latinum esse, modo diximus, satis feliciter oppugnatur: nam constituto Romanorum per Asiam, judæam, Syriamque dominio, Romana quoque nomina sensim ad judæos, maxime Hellenistas transmigrarunt, velut apud eos Monarchia Persica & Græca florente Græcorum denominationes invaluisse, *Bartholomæus MAYERUS Philolog.* S. Part. I. c. 6. demonstrat, & conferatur REISKIUS de *Imaginibus* J. C. quas *S. Lucæ* tribuunt cap. II. §. 4. Quicquid vero de familia *Lucæ* dixeris, sive ipsam feceris ex judæo Christianum, sive ex gentili, imagines illas Christi & Apostolorum, quæ circumferuntur, ab eo proficisci non potuisse, ex odio, quo judæi æque ac Christiani illorum temporum in imagines earumque cultum flagrabant, certissime constat.

§. IV. Judæi quomodo picturas ac imagines detestati sint, monumenta ipsorum docent. Aquilam ne imponi qui-



quidem portæ magnæ a Rege Herode voluerunt, teste JOSEPHO *antiq.* XVII. 8. Petronio sese mactandos obrulerunt potius, quam imagines Cæsaris inferri Hierosolymis sinerent, auctore eodem XVIII. 11. In templo Hierosolymitano nullam effigiem esse, vel in occulto, vel in propatulo, memorat Rex AGRIPPA in epistola ad *Cajum* apud *Philonem* p. 1033. sq. Singulare est, quod in מסכת שביעית cap. IV. legimus de *Lolino & Papo* fratribus, quibus cum offerretur aqua in vase vitreo pisto, martyrium subierunt potius, quam de aqua in vase illo oblata biberent. vid. *Jo. LIG-FOOTUS* in *Opp. Postb.* p. 45. Ex omnibus autem figuris nulla magis prohibita erat, quam humana, quam ne ornatus quidem causa ipsis effingere licuit. Locus hac de re insignis in *Avoda Sara* cap. 3. extat, sed jam integrum eum adduxit *Jo. COCCEJUS* in *excerptis Gemaric. Sanh.* c. VII. p. m. 269. & plurata testimonia habet *Jo. SELDENUS* de *Jure natura & gentium* II. c. VI. Idem confirmant gentiles, qui cæterotquin de gente Hebræa sinistre judicare solent. Tritus satis est locus *Taciti Hist.* lib. V. cap. V. *Judæi mente sola unumque Numen intelligunt. Profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant. Summum illud, ut æternum, neque mutabile, neque interiturum. Ideo nulla simulacra urbibus suis, neque templis sunt.* Et *Dion* in *vita Pompeji* L. XXXVII scribit: των μὲν αἰῶν θεῶν εὐδενὰ τιμῶσιν, ἐνὰ δὲ τινὰ ἰσχυρῶς σεβασίω. εὐ ἀγάλμα εὐδεν' αὐτοῖς ποτε τοῖς Ἱεροσολυμοῖς ἔχον. *Aliorum quidem Deorum nullum colunt, sed unum valde venerantur. Neque ullum Hierosolymis simulacrum habuerunt.* Pluratum ipsorum Hebræorum, tum aliarum quoque gentium testimonia in re satis nota non cumulabo. * Propius ad rem nostram facit, pisto-

* non pauca collegerunt præter DALLEUM *Steph. MORINUS* in fasciculo VIII dissertat. p. 298. *Jo. REISKIUS* de *imagine* J. C. *Abgaræ* c. 2. §. 15. *Hadrianus RELANDUS* in *tr. de spectis tem-*

pictoribus ne domicilium quidem in terra Israëlita concessum fuisse, teste *Origene*, Viro magnæ auctoritatis, & cui per longum temporis intervallum inter judæos viventi, fides facile habetur. Locus ipse L. IV. contra *Celsum* hic est: εδει τις εποιας ποιωντων επολιτευετο ετε γαρ ζωγραφος, επ' αγαλματοποιος εν τη πολιτεια αυτων ην, εκβαλλοντος παντας τις τοιαυτας απ' αυτης τα νομα, να μηδενια προφορασι η της των αγαλματων κατασκευης τις ανοητες των ανθρωπων επισωμενης και καθελικσης απο τε θες εις γην της οφθαλμου της ψυχης; *Nullus imagines faciens inter illos commorabatur, vel ex versione aliorum: In civitatem eorum nullus pictor admittetur, nullus Struarius, legibus eorum hoc genus coercentibus, ne qua occasio praberetur hominibus crassis, ne animi eorum a Dei cultu avocarentur ad res terrenas per hujusmodi illecebras.*

§. IV. Non minus Christiani veteres usum imaginum ex locis S. exterminarunt, imo in Ecclesia antiquissima imagines per secula aliquot prorsus ignotas fuisse, *Clemens Alexandrinus*, *Tertullianus*, *Origenes*, *Minucius Felix*, aliique Patres doctissimi egregie confirmant. Breviter, sed emphaticè, *Jo. Alphonsus TURRETINUS*, Vir celeberrimus: *quid non dici possit, inquit, de Sacris imaginibus, per tria secula non ignotis solum, sed & acerrime damnatis, eo usque, ut Hermogeni hæretico, qui d licite pingeret, vitio verteretur. Inde paulatim, cum ornatus causa, tum recordationis ergo, introductis; mox, quæ plebis est consuetudo, aliquo passim honore affectis; & octavo tandem nonoq[ue] seculis, inter ipsos armorum strepitus, atque mutuas conciliorum secum invidiam pugnantium diras, cultum anathematis pœna sancitum, nec apud omnes tamen, adeptis? in orat. quam de multiplici sa-*

pli Hierosol. p. 61. sqq. Theodorus HASÆUS de monumento Panead. dist. I. p. 23. sq. & in tract. de idolatria p. 23. nec non Jacobus HASÆUS in Biblioth. Brem. tom. III. p. 1056. add. J. A. SCHMIDTUS in Hist. sc. II. fabulis variorum maculata. p. 55. & Dan. Eried. JANUS de vita aurea templi Hierosol. p. 3. sq.

eorum *Antiquitatum* usu ac *præstantia* conscripsit. ** Uberius autem hoc demonstratum est a DALLÆO, REISKIO & aliis, qui scriptis suis egregiis, ad hanc causam facientibus, æternam sibi famam conciliarunt, & conf SCHMIDIUS in *Hist. seculi secundi* fabulis maculata. p. 55. Nos, quoniam argumentum illud, quo imagines quasdam a Luca olim pictas non fuisse, docere annitimur, mentionem hujus quæstionis efflagitat, breviores modo lineas ducemus. Ab hoc crimine ipsi Judæi atque Gentiles eos absolvunt. Priores in acerrimis etiam, quas cum Christianis habuerunt, disputationibus, apud *Justinum Martyrem*, & Doctores reliquos, imaginum usum objecisse nunquam leguntur. Posteriores autem plus vice simplici pro crimine insigni habuerunt, apud eos neque aras, neque statuas, neque simulacra reperiri, testibus *Arnobio* lib. VI. *contra gentes*, *Minucio* in *Octav.* lib. VIII. alios ut taceamus. Imo ipsi Christiani Veteres maculam hanc sibi injuri minime passi fuerunt. *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. V. *Moses multis ante seculis aperte legem sanxit, nullam oportere sculptilem, vel fictam, vel pictam imaginem, simulacrumve facere, ut sensalia minime attenderemus, sed ad ea transiremus, quæ intelligentia percipiuntur. Et in protreptico: Nobis est aperte veritum, inquit, artem fallacem exercere: Non facies enim, inquit Propheza, CUJUSVIS REI SIMILITUDINEM.* Hinc quidam ex Patribus eas acriter taxasse, imo cum Auctoribus suis damnaſſe leguntur. *Diabolum arriſices ſtatuarum, imaginum, & omnis generis ſimulacrorum ſeculo intuliffe, TERTULLIANUS* in libro *contra Idololatriam* ſcribit. Imagines omnes Chriſti & Sanctorum abrogandas eſſe, *Xenaias*, qui ſeculo quinto vixit, merito contendebat, licet id ægerrime ferret *Theophanes*, eum *Satana Servum* injuſte

B 2

appel-

** in Academia *Genevenſi* a. d. XIII. Kal. Jun. ciorocxvii, quo die profeſſionem *Hist. Eccleſ.* auſpicabatur. Edita eſt ibidem Anno MDCCII, & recuſa in orat. ſelectis, quas Cl. KAPPIUS collegit, p. 88. ſqq.

appellans, in *Chronico* ad A. C. 482. *Epiphanius*, Episcopus *Salaminis* in *Cypro*, cum aliquando invenisset velum, pendens in foribus cujusdam Ecclesiae, tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi vel Sancti cujusdam, contra auctoritatem Scripturarum, scidit illud, & consilium dedit custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent & efferrent, in epist. ad *Johannem*, Episcopum Hierosolymitanum, quam *Hieronymus* latine reddidit; conf. *Hadrion*. RELANDUS in *Palästina*. p. 561. 1041. Hos omnes recte egisse, *Erasmus* & *Cassander* suo adhuc tempore agnoverunt: *Erant* (tempore Hieronymi) *probaræ religionis Viri, qui in templis nullam ferebant imaginem, nec pictam nec sculptam, nec textam, ac ne ipsius Christi quidem*. Testimoniis Patrum contra imagines pugnantium privatis addi debent alia publica. Notandum quam maxime est *judicium concilii Eliberitani*, ante concilium Nicænum A. C. 305, imperantibus Constantio & Galerio, habiti: *** *placuit, picturas in Ecclesiis esse non debere: ne, quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur*. Pontificii quidem Doctores auctoritatem illius canonis acriter oppugnare audent, sed vel solus DALLÆUS, Vir magnus, ab accusationibus Adversariorum lib. II. cap. 2. strenue eum vindicavit. Et quamvis seculis sequentibus, quibus cultus imaginum majora cepit incrementa, Patres Synodi *Trullanae* non omnem imaginum usum improbaverint, eas tamen publice coli sive adorari minime voluerunt. Interim longe melius Patres *Trullani* fecissent, si praxin Ecclesiae veteris secuti imagines quoque humanas Christi rejecissent.

*** De nomine hujus concilii, nec non de ejus loco ac tempore inter eruditos multum disputatur. Breviter, sed succincte, literas recenset *B. Jo. FAES*, Vir longe doctissimus, qui etiam Lectorem suum ad varios auctores, uberius ea de re agemes, ablegat, in tractatu singulari de *cereis baptismalibus veterum Christianorum*, von *Tauss. Bichtern der alten Christen*. cap. XXXIII. p. m. 270. lq.

Patres concilii Nicæni, octoginta annis post celebrati, argumentum pro imaginum adoratione exinde depromere conati sunt. Conferri velim SUEURIUM * ad A. C. 707. & HEINIUM, supra jam laudatum. Nec in Ecclesia *græca* seculis sequentibus defuerunt, qui eorundem vestigiis insistendo insanam imaginum pariter ac Sanctorum venerationem approbarent, licet non pauci fœditatem ac stoliditatem ejus agnovissent, utpote quibus de meliori luto fixerat præcordia Titan. In Ecclesia *Ruthenica* nostris quoque temporibus ea, qua erat, summa animi perspicacia, id perspexerat PETRUS, Augustissimus *Rufforum* Imperator, vel solis peregrinationibus, per cultissimas Europæ regiones susceptis, æternam nominis sui famam consecutus. Hic enim Princeps sapientissimus, cum imaginum, quæ Sanctos referebant, quasve in ædibus suis collocatas summa *Russi* prosequabantur veneratione, cultum ignorantæ pariter ac superstitionis argumentum esse, perspiceret, eas omnes removeri jussit, exceptis tamen signis crucis, & imaginibus Servatoris optimi. vid. *Etat present de la grande Russie par le Capitaine Jean PERRY* p. 215, & ex eo celeb. *Fo. Franc.* BUDDEUS in tract. de *Ecclesia Romana cum Ruthenica irreconciliabili*, in quo scriptum aliquod Doctorum quorundam *Sorbonicorum*, potentissimo *magnæ Ruffiæ* Imperatori, cum *Parisis* commoraretur, ad utriusque Ecclesiæ unionem ei suadendam exhibitum, variis animadversionibus illustravit. doctissime, p. 7. & 21. Jenæ. 1719. 4.

§. V. Ultimo loco monendum est, imagines S. a Luca, Cive *Anziobeno*, non potuisse proficisci. *Anziobia* enim erat urbs nobilissima, in qua Ecclesia Christiana ex Judæis &

B. 3

Hel-

^{*)} cujus *História Ecclesiastica* gallice extat, & ante aliquot annos cum continuatione B. *Pieteri* recusa est, additis locis Auctorum citatis, quæ hactenus omissa fuerunt. An eadem sermone belgico jam edita sit, dicere non habeo; promisit saltem *Franciscus Halma*, Typographus Academiæ *Franequeranæ* præstantissimus.

Hellenistis collecta primis jam temporibus floruit. Equis autem cogitet, Lucam, in ea natum, educatum, & postea cum D. Paulo sæpius ibi commoratum, imaginum S. confessione contra morem judæorum æque ac Christianorum turpiter sese commaculasse, cum neque a Christo, neque ab Apostolis eas unquam admittas fuisse haud ignoraret. Ne dicamus, id a moribus civium Antiochenorum fuisse profusum alienum, quorum utpote urbs, observante REISKIO, apud Græcum quendam Geographum a Jac. Godofredo editum, *πρωτη Πολις βασιλικη και αγαθη εν παντι*, apud Dionysium Periegetam *Αντιχεια επι Δαφην*, (non cognomento Epidaphnes, uti est apud CLUVERIUM in annotationibus,) Petri Apostoli sede, ac prima nominis Christiani origine insignis, profanam *εικονοποιαν & εικονολατρειαν* nullibi inter Christianos admisisse usquam legitur, utcunque illa inter Ethnicos ibidem & in aliis Mesopotamiæ, Pisidiæ, Ciliciæ, Margianæ, Antiochiis dudum invaluerat. Plura hoc de argumento darem, si ad manus esset *Historia Antiochena*, quam conscripsit *Hermannus van de WALL*, Theologus *Amsterdamensis* celeberrimus. Verum eam videre, nondum licuit. Interim, ut aliunde didici, duabus ea absolvitur partibus, quarum prima historiam *civilem* exhibet, ubi de ortu urbis, ejus nominibus & cognominibus, situ, incolis, eorumque cultu sacro tam publico, quam privato, studiis & moribus, denique de privilegiis & fati ad nostrâ usque tempora differitur. Secunda historiam *Ecclesiasticam*, in qua fundatio Ecclesiæ nobilissimæ, ejusque collectio ex Hellenistis & judæis, ejusque privilegia & fata recensentur, denique de nomine Christiano in illa urbe, discipulis primo a Paulo & Barnaba, divino instinctu opportuno tempore imposito, fufe agitur; conf. *Bibliothec. Brem.* tom. VI. p. 205. Quanta vero exinde lux argumento nostro accendi queat, quisquis facile videt.

CAPUT

CAPUT II.

*Examinans auctoritatem TESTIUM, qui
fabulam hanc tradiderunt.*

§. I.

In *Inscriptiones*, quas Pontificii Doctores pro hac fabula adferre solent, quoniam earum de ætate nihil constat, nunc non moramur. Sunt sine dubio figmentum ætatis longe recentioris, unde neminem Scriptorum Veterum ad eas provocasse legimus. Haud quidem ignarus sum, inscriptiones genuinas valde æstimandas esse, atque omnino dignas elogiis, quibus *Ezechiel* SPANHEMIUS, CHIFFLETIUS, REINESIUS, alii, illas exornarunt; recte etiam Cl. BOSIUS iudicat, *in intimam antiquitatis notitiam neminem posse pervenire, nisi, qui genium Inscriptionum Veterum ad unguem calleat.* epist. 45 ad REINESIUM p. 187. ** Verum attendi bene velim, ut, ne falli nos a Pontificiis patiamur, genuinæ secundum regulas, quas eruditi dederunt, a falsis discernantur. Quod quidam in specie de *Hispanis* monent, eos non solum multas confingere inscriptiones in pietatis Hispanicæ laudem: *Scir*, VELSERUS inquit ep. 551. *Opp. quam vani sint Hispani præter omnes gentes in confingendis Inscriptionibus, quas antiquas credi volunt; sed etiam genuinas ita detorquere, ut risum sæpe propinare aliis gentibus videantur; illud de Romanensibus quam plurimis verissimum est, utpote qui ex ejusmodi Inscriptionibus, vel prorsus fictis, vel saltem valde detortis & interpolatis, præsidium aliquod ritibus suis & erroribus turpissimis quætere allaborant; unde fieri non potuit, quin sæpius pueriliter lapsi sint, a Criticis oculatoribus, ac ejusdem cætus Sacris, merito notati.* Exempla hujus rei

** vid. quoque LIPSIUS & alii apud DILHERRUM *dissertat. acad.* tom. I. p. 359. nec non FABRICIUM in *biblioth. lat. lib. IV. cap. V.* & in *bibliogr. antiquar.* p. 124. 664.

varia jam olim collegit *Jo. Gottlieb. HEINECCIUS*, nunc post varias sedium in Academiis florentissimis mutationes Professor in *Friedericiana* nostra longe celeberrimus, qui dissertationem historicam de *genuina nativitate Christi æra, nummis & Inscriptionibus antiquis illustraram*, heic loci ante 25 annos edidit. ***

§. II. His ergo missis, ipsi prodeant testes, quorum auctoritate fabula illa plerumque fulciri solet. Primus omnium est THEODORUS, Lector Constantinopolitanus, qui sub initium seculi VI floruit. Verba ejus libro primo Hist. Eccl. excerptæ hæc sunt: *Eudocia ab urbe Hierosolymitana ad Pulcheriam misit imaginem matris Domini, quam Lucas Apostolus depinxerat.* Et hic esse videtur testis omni exceptione major; erat enim Scriptor Historiæ Ecclesiasticæ celebris, tum ob historiam tripartitam ex *Socrate, Sozomeno & Theodoro* comprehensam, tum ob libros II adjunctos, quibus historiam usque ad A. C. 518. perduxit. Verum notari velim quasdam observationes, ex quibus, quantæ auctoritatis sit argumentum ex *Theodori* illius testimonio petatum, mox cuius patebit: 1) hodie excerpta illius historiæ tantum supersesse, sive collectanea, quæ Cl. VALESIUS cum nova versione & notis eruditus A. C. 1673. *Parisis* edidit. 2) collectanea illa petita esse non ex ipsis fontibus, sed ex *Theophane, Nicephoro Callisto, Jo. Damasceno*, atque aliis auctoribus recentioribus, & fide non semper dignis. *Nicephorus* in quanto pretio habendus sit, infra mox docebitur. *Theophanes* vero cujus fidei Scriptor sit, vel exinde liquet, quod plurimam historiæ suæ partem ex opinione vulgari tantum conscripserit. Et recte se habet iudicium *Jo. REISKII*, Viri doctissimi, *Scriptorem hunc concilio Nicæno II. posteriorem ea tradidisse, quæ tum temporis inter homines græcos pariter & Romanos superstitiose circumferebantur passim & credebantur.* in dissert.

*** ubi §. 1-2. de nummorum ac inscriptionum auctoritate ac præstantia præfationis loco agitur.

de imagine *J. C. Abgarena*, sive *Edeffena* cap. II. §. II. Denique *Jo. Damasceni* sermonibus, quos de imaginibus conscripsit, multa mala inesse, docuit MONTACUTIUS in *origg. Eccles.* tom. I. Part. 2. fol. 94. sqq. cui calculum suum addere non veretur *Jo. Fried. HEBENSTREIT*, Vir Cl. in differt. de *Statua mulieris euoq̄eors* §. 8 Jenæ. 1710. imo in multis ejus scriptis fidem vacillare, & plurimis ipsum scatere mendaciis, cum sit Scriptor futilis, vanus & mendaciorum plenissimus, agnoscunt BARONIUS & CASAUBONUS apud *J. A. SCHMIDIUM* in *Hist. sec. secundi* fabulis variorum maculata. p. 38. Quis igitur non dubitaret, excerpta illa *Theodori* non ubivis genuina esse, sed ab auctoribus citatis pro opinione vulgari interpolata? Certe verba ultima quam *Lucas Apostolus* depinxerat manu aliena & recentiori subjuncta esse, ego quidem nullus dubito. Ne vero solus maculam hanc *Theodoro* affricare videar, addam judicium *Fried. SPANHEMII*, Viri maximi: *purior & plenior habita fuisset historia ex ipsiis fontibus, quam ex his rivulis lutulentum fluentibus, præcipue ex Nicephoro Callisti, qui integram historiam non viderat, ut VALESIIUS in præfatione.*

§. III. Alter testis est *Simeon Metaphrastes*, qui vixit non tempore *Theodosii*, nec ævo *Heraclii*, nec seculo nono, sed demum undecimo, utpote quem oratione funebri profecutus est *Michaël Psellus*, auctor non ignobilis seculi undecimi, observante *Szephano le MOYNE* in notis ad *Varia Sacra* p. 1081. De imaginibus a *Luca* confectis ita ille scribit: *Typum humanitatis Christi, & signum ejus, qua illum peperit, Lucas primus omnium, ceræ & lineæ mentis pingens, ut ad hæc usque tempora in imagine honorarentur, tradidit.* Tria autem de hoc *Simeone* notari velim: 1) multa ejus scripta vel plane supposita esse, vel valde interpolata. 2) eum vixisse ætate in æstimandis fabulis nimium religiosa. 3) Ipsum fuisse Scriptorem nullius pre-
eii. Quædam Virorum doctissimorum de eo judicia dabimus.

C

Cul

Culpam *fabulosi Scriptoris* illum vix effugere, *Jo. REISKI* US cap. II. §. 4. judicat. Eidem ejus subleſtam eſſe, & Scriptorem ejuſdem cum Nicéphoro auctoritatis, ſcribit *Johannes FAES* in tr. de cereis baptiſmalibus p. 110. Alii apud SPANHEMIUM dicunt eum *fabularum conſarcinatorem* & *Legendarum Patrem*, imo *ſuperſticioſiſſimum Græculum*, ſi non monachum, certe monachali ingenio ac plane græco, id eſt, effuſe mendaci, & nihil non propinare auſo nugarum fabellarumque. Plura diligenter collegit HANKIUS in libro de *Scriptoribus rerum Byzantinarum* P. 1. c. 24, cui addi poſſunt *Jo. GERHARDUS* in *patrologia* p. 517. *Anonymus*, qui fabulam de *ſeptem dormientibus*, germanice von den Sieben = Schläffern Liplæ 1715. examinavit, §. III. & *Jo. Andr. SCHMIDIUS* in *Hiſtoria ſeculi ſecundi* &c. p. 6. ſq.

§. IV. Tertio loco pro hac fabula memorari ſolet *Thomas de Aquino*, Vir quidem laude dignus, ſed in adſtruendis Eccleſiæ Romanæ placitis, & inruſtandis erroribus ac Superſtitionibus valde induſtrius, judice SPANHEMIO. Hinc *Papiſtarum Homerus* vocatur a *Jo. RAINOLDO* in *conſ. libb. Apocryph.* Part. I. præleſt. II. p. 31. *Jo. Fr. MAYERUS* conjicit, hoc titulo reſpici ad illam Galatonis effigiem Homericaſ, ab *Æliano* lib. XIII. cap. XXII. ita expoſitam: Γαλατων δε ο ζωγραφος εγραφε, τον μετ' Ομηρον αυτον εμντα, τας δε αιδας ποιητας τα ερμησεμνα αγνομενες, *Galaton Picor Homerum finxit evomentem, reliquos vero Poëtas ea, quæ ipſe evomuiſſet, haurientes*, in commentat. Hiſtorico-theologica de *Euchariſtia Infantibus olim data* p. m. 9. editionis *Jeneniſis*, quæ hoc anno prodiit. Verum quia ad opinionem vulgarem tantum provocat: *Lucas* dicitur *depinxiſſe Chriſti imaginem, quæ Romæ habetur* Part. III. Quæſt. 35, teſtimonium ejus tanti non eſt.

§. V. Præcipuus vero omnium, & qui primo loco a Pontificiis collocari ſolet, eſt *Nicephorus Calliſti Xantopuli filius*,

lius, monachus Constantinopolitanus, Scriptor Historiæ Ecclesiasticæ seculi XIV notissimus, qui lib. II. c. 43. de fabula illa hæc habet: Φασι δὲ αὐτὸν τὴν τε χρῆσις εἰκόνα καὶ τῆς αὐτοῦ θεοκρετῶς τέχνης ἐτι δὲ καὶ τῶν κορυφαίων Ἀποστόλων διαζωγραφεῖς ἰσχυρῶς τέχνης, καὶ τεύθεν εἰς πῶσαν τὴν οὐκ ἐλεην τὸ τοῦτον εὐσεβὲς καὶ παντῆμον ἔργον ἐξενεχθῆναι, id est, ex versione Joannis Langi: fertur is (Lucas) quoque Christi & matris, quæ cum, uti decebat, genuit, atque Principum Apostolorum effigiem pingendi arte adumbrasse, unde in orbem deinde habitabilem tam venerandum & pretiosum opus est illatum. Interim cur huic Viro prærogativa quædam præ aliis concedi debeat, ego quidem minime video. Nititur enim sola narratione vulgi, ajunt, ferunt, ad quam Thomas de Aquino etiam provocaverat. Ipsemet autem de veritate rei dubitare viderur; cæteroquin, ut bonum quidem Historicum decet, addere debuisset, a quonam Patre antiquo, vel alio Historico optimæ notæ ad suum usque sæculum narratio ejusmodi fuisset propagata. Imo quam exiguæ auctoritatis ac nullius plæ fidei sit, ipsi Doctores Pontificii cum Protestantibus non dissidentur. Judicia quorundam, cujuscunque etiam confessionis, Eruditorum dare lubet. Errores historicos Caspar BARONIUS in *annalibus* passim, BELLARMINUS in libro de *Scriptoribus Ecclesiasticis* p. 349, & POSSEVINUS in *apparatu*, sæpius acriter perstringunt. Nec aliter fecit Lud. Ellies * du PIN in *biblioth. Eccles. sec. XIV.* p. 99. Modestius sentit Maldonatus in præfatione ad Lucam: *Quantum hic Auctor mereatur fidei, ab aliis æstimari malo, quam a me dici. Mibi semper audacior est visus.* Idem ferunt judicium Doctores in Ecclesia Lutherana præ-

C 2

stan-

* Minus recte ab Eruditis *Elias* appellatur, nam se non *Elie*, sed *Elies* vocari, quod nomen sibi proprium sit, ipsemet DUPINUS PFAFFIO querenti respondit. Vide sis prolegomena Illustris PFAFFII ad Historiam *literariam* universalem, p. 50.

stantissimi. A Cl. REISKIO appellatur *Scriptor vanissimus* & *futilissimus*, tantus nugarum compilator, ut testimonii dicendi jure ipsum Casaubonus & Vossius dudum antea multarint, in diff. de imagine J. C. Abgarena c. 2. §. 13. Jo. Fried. MAYERUS, Vir magnus, eum *sedissimarum nugarum compilatorem*, atque *summum admiratorem* dicit in *dissert. Anti-Baroniana*, num Christus Petrum baptizaverit? c. 2. n. X. Lipsiæ. 1672. Judice Joachimo LANGIO, Theologo longe celeberrimo, & *Friedericiana* nostræ fulcro, collegit quidem historiam suam ex seculi quarti, quinti, & sexti historicis, Eusebio, & ejus continuatoribus, sed sine fide ac judicio, fabulis ac quisquiliis passim intertextis. Unde Viris eruditis, ipsi etiam in locis plurimis Baronio, ipsius testimonia seu asserta, nullius sunt pretii, nisi antiquiorum Scriptorum auctoritate comprobentur, in institut. *Studii theologicæ literariæ* Sect. III. cap. I. §. VII. p. 173. Et Chr. Gottl. SCHWARZIO, Philologo *Altorffino* insigni, videtur magis ex ingenio, quam rei veritate scripsisse, in *dissert. de antiquo ritu elevandi Principes inaugurandos*, & de quibusdam sacris formulis, & elevandi ceremoniis p. 15. Altorffii 1730. Denique judicia Doctorum Ecclesiæ nostræ non omitti debent. A Theodoro BEZA *ineptus ac ridiculus Historia Ecclesiastica Scriptor* vocatur in comm. ad Actor. I. Isaacus CASaubonus ipsum dicit *vanissimum, futilissimum, fabulosissimum*, *μυθων και ληγων γενομενον*, *judicii nullius* &c. in exercit. I. contra Baronium p. 84. 95. Guil. CAVE scribit, eum *fabulis puerilissimis* & *quisquiliis ubique fere intertextis Historiam suam adeo vitiosasse, ut judice Casaubono non plures, quam folia farfari, facienda sit*, in *Hist. liter.* p. 29. Et Fried. SPANHEMIUS monachum *impense credulum*, & *effuse superstitiosum*, *fabellarum jam a primis Christianæ Ecclesiæ originibus, ex Apocryphis tabulis, & Menais, ac Sanctorum Vitis, magnum Propolam* vocat. *Hist. Eccl. N. T. sec. XIV. p. m. 1789.*

m. 1789. Quibus calculum suum addunt SANTOROC. CVS ad *Acta Apostol.* diff. I. §. 10. *Hieronymus van ALPHEN*, Theologus *Ultrajectinus* celeberrimus, differtat. XIV, ad *Historiam Pauli Apostolip.* II. & ex aliis Anonymus de *septem dormientibus* p. 12. Plura Eruditorum judicia non colligam, qui tamen ea cupit, adeat SAGITTARIUM, Historicum Jenensem, in *introduc.* ad *Hist. Eccles.* cap. VII. p. 38. sqq. & *Jo. Andr. SCHMIDIUM* in initio dissertationis de *baptismo per arenam*, quæ in decade differtat. historico-theologicarum, Helmstadii 1714. recusa, locum quintum occupat, nec non in *Hist. seculi secundi fabulis variorum maculara* p. 8. & seculi quarti ac quinti. p. 44. Talis ergo cum fit *Nicephorus*, & ab omnibus pro tali habeatur, facile judicare licet, an narratio, quam de *Luca Pictore* habet, vera sit, vel an potius ad fabellas reliquas, quibus Historia ejus scætet, referri debeat.

CAPUT III.

Originem fabulæ indicans.

§. I.

Seculo post N. C. sexto fabulam de imaginibus a Luca pictis exortam fuisse, capite secundo docuimus. Si igitur, qualis illorum temporum fuerit conditio, bene perpendamus, origo fabulæ hujus mox patebit. *Ferrea* nimirum fuerunt *secula*, quæ *ferream* quoque bonis literis & doctrinæ induxere *faciem*, ut recte scribit B. LAMPIUS *Hist. Eccles.* N. T. cap. VI. §. II. & §. XII. *irruens cum barbaris in ipsas scientias barbaries decrementum earum & interitum promovit.* Tempora sequentia, quibus fabula magis expoliebatur, & cultus imaginum exinde acriter adstruebatur, præter barbariem illam, impiam quo-

quoque induxerunt superstitionem. Tais erat præcipue conditio ætatis, quâ *Nicephorus Callistus* vixit, unde *G. J. VOSSIUS* lib. II. de *Historic. Græc.* c. 29. ipsum excusat. Ansam ergo dedisse videtur linguæ græcæ ignorantia, quæ illa ætate etiam Viros, cæteroquin satis præstantes, occupaverat. Nullibi quidem *D. Lucas* ob expressius styli genus *Pictor* appellatur, Veteres tamen Christiani cum eum ob ornatum scribendi genus sæpius & undiquaque in scriptis suis prædicarent, homines ætatis barbaræ ipsum *Pictorem* fuisse putarunt. *Nicephorum* pro more suo occasionem ampullandi & fabulandi exinde sumpsisse, conjicit *Cl. SANTOROCCUS* diss. I. §. X. Præcipua vero causa sine dubio fuit verbum *γραφευ*, a Patribus antiquis hac in causa sæpiissime adhibitum, quod apud Scriptores profanos notiones admittit quam plurimas, infra recensendas, si quædam de *stylo Luca* præmiserimus.

§. II. *Lucam* in urbe *Alexandria* ** græcè scripsisse, nullus

** *Librum Actuum Apostolicorum* Romæ scriptum fuisse, *Hieronymus* memorat, at ubi evangelium, silet. Qui olim libros *N. T.* recensuerunt, ad calcem eorum scribunt, *Lucam* illud concinnasse in urbe *Alexandria*. Codices *Bodlejanus* & *Parisensis* *Αλεξανδρειαν την μεγάλην* appellant. *Syrus* quoque & *Perfa Alexandriam M.* habent. Plures autem urbes fuerunt, quibus nomen hoc inditum legitur. Præter tres illas *Egypti*, *Troadis*, & *Thraciæ*, octo alias habet *ORTELIUS* in *thezauro*. Aliarum ad mare *Jonium* sitarum, quæ *Sangiaci* sedes est, & de qua *Turciæ Imperii* status in notitia *Berglerbegatum*, addit *Samuel BOCHAR-TUS* in *animadversionibus* in *Stephani Byzantini* de urbibus & populis epitomen, ad v. *Αλεξανδρειαν*. *Opp.* tom. I. p. 801. Nec omitti velim *Alexandrium*, urbem in *Judæa* munitissimam, quam *Josephus* passim memorat. Loca ex eo varia attulit *RELANDUS* in *Palestina* lib. III. p. 730. Et de eodem oppido legantur *Jo. Fr. BREITHAUPT*, *Consiliarius Gothanus*, in notis ad *Josephi Gorionidis* lib. IV. cap. 22. & *Jo. MEYERUS* in *megillah Taanith*, seu tract. de *jeuniis Hebræorum*, p. m. 90. Quanam ergo ex his urbi-

nullus dubitat, an vero pure, inter Philologos disputatur. Qui Hebraismos, Targumismos, aliarumque Dialectorum vestigia in evangelio & Actis cum Cl. VORSTIO cumulant, valde iniqui in Lucam mihi videntur. Quosdam, sed pauciores, inesse, Viri doctissimi & in lingua græca valde exercitati, jamdudum luculenter demonstrarunt. Pro hac sententia subjungere lubet testimonia quædam tum Veterum, tum Recentiorum. Priores eum magis literas græcas scivisse, quam hebræas, in genere tradiderunt, indicante Hieronymo, qui etiam *sermone ejus tam in evangelio, quam in Actis compariorem esse, & secularem vedolere eloquentiam*, ad cap. VI. *Jesaiæ* judicat. Ex posterioribus tria adferam. Judice SANTOROCCO, Lucas tanto verborum nitore, tamque suavi græci sermonis proprietate

urbibus intelligi debeat, disceptatur. *Troadem*, ubi Lucas cum Paulo aliquantisper hæsit Actor. XVI, innui putat Sam PETITUS *Var. Lect.* c. XII. cui calculum suum addunt Eruditi alii bene multi, nominatim Ezechiel SPANHEMIUS de *usu & præstantia nummism.* dissert. IX. p. 776. & Jo. Alb. FABRICIUS in *Bibliorb. græc. lib.* IV. cap. V. §. 4. Verum urbs illa *Troadensis* simpliciter *Alexandria* nunquam appellatur, sed Veteres eam vel nude *Troada* vocant, vel *Alexandriam Troados*. Imo titulo urbis *Magna* nullibi superbit. Ut taceamus, Interpretem Arabicum docere, quod Lucas in Macedonia evangelium suum scripserit. His aliisque rationibus ducti a PETITO abierunt non pauci, inprimis Theodorus HAKSPANIUS in observat. Arabico-Syriacis p. 181, & Jacobus HASÆUS, in observatione geographico-critica, quâ Macedoniam civitatem & Alexandriam M. in quarum altera Arabs, altera Syrus, Græcique Interpretes D. Lucam evangelium consignasse scribunt, eandem civitatem esse, & quidem Ægyptiacam Alexandriam, ostenditur, in *Biblioth. Brem.* tom. IV. p. 732. 199. Interim, verum ut fatear, Eruditi meris conjecturis pugnant, nam nihil certi in his tenebris veteris avi dicere habemus, existente ipso HASÆO §. 14. Conferri de eadem quæstione merentur TENZELIUS in fororum sparsione ad librum Hieronymi de *Scriptoribus Eccles.* ad cap. VII, & WOLFFIUS in præfatione ad Lucam.

tate non solum in *Evangelio* suo Christum ejusque matrem Mariam ita descripsit, ac si vivæ Christi & Mariae imagines essent depictæ, sed etiam in *Actis* conciones, miracula & reliqua gesta Apostolorum tam luculenter commemoravit, ut eosdem universæ Ecclesiæ spectandos exhibuerit multo expressius, quam si vivas ipsorum imagines artificiosissimo modo in tabulis coloribus repræsentavisset. differt. I. §. X. Ast quando idem Vir doctissimus differt. IX. §. 6. styllum ejus non uno, sed multis in locis exornatum esse elegantissimis dialecti Atticæ Veneribus, quales flosculos Atticos ex Luca fragrantissimos *Casp. Wylsius* & *Georg. Pafor*, multâ operâ & indefesso studio collegerint, non omnium consensum facile impetrabit. Certe magis mihi placet judicium *Jo. Henr. HEIDEGGERI*, Theologi *Tigurini*, *Scriptoris ipsius genus florens esse, & historico more dilucidum, Syriacismi & Latinismi vestigiis subinde relictis. Lucam demittere se ad popularem narrandi consuetudinem, Matthæo & Marco politiozem quidem, neque tamen ad Demosthenicam pompam, etibnicumque verborum splendorem assurgere, in encbiridio bibl. lib. III. cap. IV. §. VII. Ita quoque sensisse videtur STEPHANUS, scribens *Lucam delectari vulgaribus*, quæ verba SANTOROCCO valde displicent. Et hoc sensu Lucas inter omnes Evangelistas græci sermonis eruditissimus appellatur ab *Isidoro Hispalensi* lib. VI. origg. c. 1. *Evangelistarum doctissimus* a *Cl. Jo. Philip. HEINIO* in observatt. S. lib. II. cap. I. §. XIII. nec non politissimus inter Evangelistas græcæ linguæ Scriptor a *Jo. VRIEMOET* in *miscell. philol.* cap. II. §. 2. quæ Ultrajecti A. 1723. lucem viderunt. Conferri possunt, quos de stylo Lucæ WOLFFIUS in *curis criticis* laudavit.*

§. III. Nunc ad verbum *νεαφω* progredior, quod quam late pateat, neminem fugit. Non minus de pictoribus & Sculptoribus, quam *Scriptoribus* id usurpari, ex *Demosthene* jam probavit *Pomponius Gauricus*, Neapolitanus, in libello ad *Herculem*, Ferraricæ Principem, de *sculptura*, sive *Statuaria* cap. I. p.



I. p. 5. qui excusus extat junctim cum *Ludov. Demonioſi* libris II de *veterum ſculprura* &c. Antwerpiae MDCIX in 4to, & repetitus tom. IX. antiquitat. *Gronovii*. Excerpta ex illo exhibet *Perrus ZORNIUS* in *Biblioth. antiquaria & exegetica* p. 1139. ſeqq. De legibus, quæ olim vel inſculpi, vel ſaltem in tabulis eleganter pingi ſolebant, emphatice utitur *Plutarchus* in *Numa*: γεαφειν νομον, & *Apollodorus* biblioth. lib. III. c. 1. εγεαφε νομους. Hinc ipſæ leges γεαμματα dicuntur. Exemplis quibusdam ex *Aristotele* id docuit *Jo. CLERICUS* in *N. T. Hammondi* ad *Matth. V. 17*. Alia dederunt *FABER* ad *Aristoph. Ecclef.* p. 207, edit. *Kuſteriana*, *LAMPIUS* in politicifſimo commentario ad *Joh. VIII. 3*. *ELSNERUS* & *WOLFFIUS* ad *Marc. XII. 19*. nec non *Jo. Georg. SCHELHORNII* in *Biblioth. Brem.* tom. IV. p. 778. ſq. Addi poſſunt, quæ de ſignificatione generaliori verbi γεαφειν, quâ *litteras incidere, ſculpere* &c. notat, obſervarunt *Franc. BARING* de πιναιδιω §. 7. & *WICHMANSHAUSEN* de corpore ſciſſuris figurisque non cruentando ad *Levit. XIX. 28*. p. 17. ſq. Significatio pingendi autem, quæ ad ſcopum noſtrum proprie facit, vel ex ſolo *Æliano* locis nonnullis demonstratur: Ζευξ ειγεαφε την Ελενην, *Zeuxis pinxit Helenam*. lib. XIV. cap. XLVIII. γεαφα ιππον equum pingere. c. XV. γεαφαμεν εικονα τ' Λαιδ lib. X. c. II. Similiter derivata eam notionem habent. Sic το γεαμμα apud eundem auctorem lib. VI. cap. XI. Interpres *picturam* vertit. *Giſb. CUPERUS* quidem id male factum arbitratur obſervat. lib. I. cap. VII. ſed fallitur *Vir Illuſtris*, nam γεαμμα ibi eſſe imaginem, cujus mentio brevi ante facta erat, a *KUHNIO*, *Viro Cl.* in notis rectius obſervatur. Interim, ſi quis forſan *CUPERO* calculum addere velit, alia ſane loca adſunt, ex quibus ſignificatio noſtra poteſt adſtrui. v. g. lib. II. c. III. κατα την αξιαν τα γεαμματα, pro dignitate picturæ, add. lib. XIV. cap. XV. Sic vox γεαφεις, (quæ non modo ſtylum ſeu penicillum, inſtrumentum artificis, ſed etiam artem ipſam v. c. *picturam*,

D

ſcul-


sculpsuram, quæ stylo conficitur, denotat, observante WICH-
 MANSHAUSENIO, vel potius, *Jo. Guil. HICKIO*, ***
 in dissert. præliminari de חכמי חכמי divinationibus Baby-
 loniorum ab Ezechiele c. XXI. 26. introductis §. 9.) pro *pictu-
 ra* sumitur. VITRUVIUS lib. I. c. I. *peritus graphidos*, id est,
 picturæ & delineationis. PLINIUS lib. XXXV. c. 10. *alia mul-
 ta graphidis vestigia*. Γεγραμμεν εναν dicitur de pictoribus apud
 Græcos, apud quos γεγραμμεν sunt pictores, & γεγραμμεν opus pi-
 ctum; unde etiam υπογεγραμμεν notant lineas, quibus castra &
 ædificia delineabantur. Valerius Maximus *lineamenta* vocat,
 & apud Hesychium υπογεγραμμενα sunt lineæ sibi ductæ, ut ni-
 gricantia supercilia oculorum spatium majus relinquerent, o-
 culique latiores apparerent, conf. *Steph.* le MOYNE in ob-
 servatt. ad *Varia Sacra* p. 511. sq. Alia vocabula lubens omit-
 to. Apud Latinos quoque *scribere*, describere, pro *pingere*
 adhibentur. Plinius de *Nicomacho* Pictore: *Scriptis & Apollin-
 nem & Dianam & matrem Deum in leone sedentem*. Plautus:
non potuit pictor rectius describere ejus formam. Et vice versa
 pro *scribere* aliquando ponitur *pingere*. Cicero: *pingere verba,
 illuminare sententias*. Martialis lib. IX. epigr. XIV. 3.

Nomen, Acidalia, meruit quod arundine pingi.

Verum hæc in vulgus nota sunt. Legi tamen merentur, quæ
 de notatione, ambiguitate ac Synonymia verbi *scribere*, erudite
 disseruit *Petrus HOLM*, Professor linguarum Orientalium in
 celeberrima Academia *Carolina Gorborum* Clarissimus in disputa-
 ta de *Scriptura*, seu *Scriptione* cap. I. quæ A. MDCLXX. edi-
 tata est, & recusa extat in *analectis philologico-critico-historicis*
Thomæ CRENII p. 387. sqq.

*** Hic Vir doctus IV dissertatt. de hoc argumento in Academia
Wittebergenfi A. 1720. edidit.

OBSER-



OBSERVATIO

ad locum *Luc. II. 14*

IN *Decimis meis Sacris*, quæ ante sesquiannum *Bremæ* lucem viderunt, hymnus Angelicus, quem D. *Lucas* tanquam *νεμελιον* præstantissimum nobis aservavit, locum tener quintum supra vicesimum. Quosdam in ultima ejus parte genitivum *ευδοκίας* tueri, res satis nota est. Ex Veteribus eandem probare *Optatum*, Episcopum Milevitanum, ego ibi docui, ignarus, an aliquis ante me hunc Virum jam notaverit. Cum vero hisce diebus, quæ celeb. WOLFIIUS in *curis criticis* ad hunc locum diligenter collegerat, altera vice attente legerem, Jo. CLERICUM in quadam epistola Episcopum illum jam memorasse, didici. Interim, qui meam qualemcunque *observationem* cum CLERICI epistola conferre haud dedignabitur, me ipsum *Optati* librum, nec non *Gabr. ALBASPINÆUM*, Commentatorem ejus doctissimum, legisse, facile perspiciet. Cæteroque nihil novi a me ibi allatum esse, haud diffiteor. Hunc tamen defectum ut compensaret Vir doctissimus & celeberrimus, qui in *Actis Erudit. Lips.* tom. X. *Supplem. Sect. IX. p. 418-424. decimas* meas S. ante aliquot menses non sine singulari approbatione publica prolixè recensuit, *conjecturam* quandam, ut ipsemet loqui amat, in medium

D 2

attu-

attulit, qua forsitan alii possint adduci, ut hujus loci expositioni, nondum extra omnem dubitationem positæ, operam impendant suam. Existimat ergo Vir Clarissimus, Lucam per verba *δοξα εν υψις δεσ και εν τω σπς εγενη* nihil aliud indicare, nisi quod reliqui Evangelistæ efferre soleant per nomen *ωσαννα* in acclamationibus olim frequentatum. Rationes, cur ita sentiat, duæ sunt, altera, quod Lucas nullibi, ut reliqui Evangelistæ, hanc vocem *ωσαννα* usurpaverit, altera vero, quod ubi Mathæus & reliqui hanc vocem exhibuerunt, ibi Lucas illam græcè efferat per *δοξα* & *εγενη*. Vid. Matth. XXI. 9. Marc. XI. 9. 10. Joh. XII. 13. & Luc. XIX. 38. Hæc cum legissem, non modo singularem Censoris mei modestiam, sed & eruditionem Ejus haud vulgarem statim cognovi, inprimis, quod sit conjectura, quæ non omni caret probabilitate, & quam hæctenus noverant paucissimi; quamvis, ut verum fatear, ea omni ex parte nondum mihi placeat, tum, quod nomen *ωσαννα* divitias cantici angelici non omnino complecti videtur, tum, quod differentia est haud exigua inter exclamationem Angelicam & inter illam, quæ Luc. XIX. 38. memoratur, ut cuius texum Sacrum altius meditante facile patebit. Non possum ramen non hac occasione monere, Virum Cl. non primum esse, qui conjecturam hanc in medium attulerit. Duum Viros saltem adducam præstantissimos, quos eandem jam memorasse, ex collectaneis meis nuper admodum animadverti. Alter est *Jo. Jac. CRAMERUS*, Theologus ac Philologus in schola *Herbornensi* quondam celeberrimus, cujus Commentarium posthumum ad *Codicem Succæ Rev. Fried. Bernh. DACHSIUS* ante octo fere anno {Trajecti ad Rhenum} edidit. In eo ad cap. III. n. 3. p. 251. Vir doctissimus de

de voce ωσαννα agens ita scribit: *Quid populus ille sibi per istam vocem voluerit, ex ipsius mente egregie Lucas exponit, qui eo loco, quo ceteri habent ωσαννα εν τοις υψιστοις, id ver- rit εγενη εν ορεινω και δοξα εν υψιστοις. Atque mihi qui- dem nostrae per omnia gemina videtur Angelorum acclamatio Luc. II. 14.* Alter est *Joh. Fried. MAYERUS*, Theo- logus Pomeranus illustris, qui cum observasset, Vete- res quosdam cum *Clemente Alexandrino* lib. I. paedag. cap. V. ωσαννα exponere, Φως και δοξαν και αυτος μεθ' ιερη- cis τω κυρω, hanc notam subjungit: *inducti sunt, ut vi- detur, a Luca, qui pro ωσαννα εν τοις υψιστοις, quod est apud Matthaeum, habet εγενη εν ορεινω και δοξα εν υψιστοις, ex quibus locis colligere possis, Angelos quoque Luc. II. 14. in na- rigitate Christi Hofanna acclamasse. in ecloga historico-theolo- gica de Dominica Palmarum p. 4. Gryphisw. 1706, recusa 1719.* Hæc tamen eo animo minime exhibeo, quasi de glo- ria inventionis Viro Clarissimo palmam reddere dubi- am contendam; nam, ut bene alicubi * monet *Jac. HASÆUS*, potest eadem hariolatio variis ingeniis observari, quorum neutris inter se quidpiam fuit in re ipsa commercii. Et ipsemet multoties id expertus sum, quidpiam *suggeratos* mihi incidisse, quod, ut nullibi me legisse memini, ita & nemini observatum censebam, postea tamen & alios idem sæpius dudum antea, quam natus essem, cogitasse, forte fortuna deprehenderim.

Has inter meditationes piæ aliquando cogitavi, num textus S. sic verti possit: *Gloria (sit) Deo in ex- celsis, nam super terra (est) pax. (O) beneplacitum (Dei) in hominibus.* Et sane, quantum ego quidem perspicio, nulla ei vis infertur; siquidem 1) τὸ και non modo commode per *nam* verti potest, vid. *RAPHE- LII Semi-Centuria Annorart.* p. 9. & Ven. *WOLFFIUS* ad *Joh. III. 13*, sed etiam hæc significatio nostro loco

D 3


neces-

* in *Biblioth. Brem.* tom. III. p. 1042.

necessario requiritur, quoniam verba illa εἰρημῆ ἐνι γῆς
 causam, sive beneficium, pro quo Angeli gloriam
 Dei extollunt, aperte indicant. 2) ἐκφώνησις, sive excla-
 mationem, quæ fit per varias interjectiones, ut affe-
 ctuum notas, easque vel expressas, vel intellectas lo-
 cum habere in gaudio & exultatione, vel solus *Salom.*
 GLASSIUS in utilissimo *Philologiae* S. libro abunde
 nos docet. Cæterum inter eruditos satis constat, quam
 sæpe sensui obscuro locum fecerit omisso signorum *excla-*
mandi, & interrogandi. De posteriori sane exemplis com-
 pluribus id manifestum fecerunt *Jo. CLERICUS* in *arte*
critica P. III. Sect. I. cap. XI. *C. A. HEUMANNUS* in
Bibliorb. Brem. tom. IV. p. 130. sq. & *Carolus Ludov. HO-*
HEISEL in *observat. philologico - exegeticis*, quibus
 nonnulla *durvontæ Jesaia* loca illustrantur p. 292.

Gedani 1729. 8vo.






Je 2608

ULB Halle 3
003 904 288



fu

Retw ✓





34
35

CHRISTIANI LUDOVICI
SCHLICHTER,
PROFESSORIS REGII ORDINARIJ,
ECLOGA HISTORICA,
QVA
FABULA PONTIFICIA
DE
LUCA PICTORE
EXPLODITUR.

ACCEDIT
OBSERVATIO
AD LOCUM LUC. II. 14.



ah.

HALAE MAGDEBURGICAE,
EX OFFICINA HENDELIANA, 1734

